FLAVIUS IOSEPHUS

Klosterneuburg, Ende 12. Jh. — Seite 267r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=671
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

gentia uel quod male consuleret murum se supera
tum esse credentes. quibus alia duo munimenta super
erant. lassatique plurimi recesserunt.
Cum autem romani quoque primum murum nyconta per
ruptam ascendissent. ad secundum omnes iudei relic
tis custodiis refugerunt. Portis autem romani que transie
rant patefactis. exercitum receperunt. Et hi quidem hoc in po
tita muro die. xv. nonas maias. et partem eius maxi
mam diruunt. ad septentrionalem ciuitatis regionem
quam antea cestius uastauerat. Titus autem nocato quod assy
riorum castrum est. militem transfert. occupato omni quod in
ter cedron fuerat spacio. et ultra sagitte iactus a secundo
muro separatus. expugnationem statim aggressus est.
Tunc ergo partita muri iudei fortiter restiterunt. et iohannes qui
dem eiusque socii ex antonia et septentrionali porticu tem
pli ab alexandri monumento pugnabant. symonis autem
manus iuxta monumentum iohannis aditum clauserat. usque
ad portam qua hyppico turri aqua inducebatur. Sepe autem
prosilientes e portis. cominus dimicabant. fugatique a
muris. in conflictu quidem romanorum disciplina propter
imperitiam uincebantur. in murali autem certamine supera
bant. Hos autem fortitudo ac scientia. iudeos uero et auda
tia quam timor aleret sustentabat. quodque natura
erant in calamitatibus dura. Ad hec autem istis sube
rat spes salutis. et romanis certe uictorie. neutros
autem lassitudo fatigabat. sed aggressiones murorumque
obpugnationes. et excursus crebri per cuneos diebus
totis agebantur. nullaque pugnarum species aberat. cum a pri
ma luce incipientia utrisque insomnis et die grauior
nox dirimeret. His quidem occupatum iri murum
continuo metuentibus. illis uero ne iudei castra peruade
rent. Itaque armatis pernoctantes. prima luce utrique
pugne parati erant. et iudei quidem certabant quis esset
promptior ad periculum. eoque magis gratia emineret a du
cibus suis. Maxime uero simonis eos metus ac reueren
tia commouebat. illum singuli subiectorum colebant.
ut ad semet ipsos interficiendos parati essent si hoc
ille iussisset. Romanos autem ad uirtutem hortabatur
consuetudo uincendi. et quia uinci perassueuerant. cre
breque militie exercitacionesque perpetue. et imperii
magnitudo. Ante omnia uero titus semper ubique presens.
nam et inertia spectante. atque opitulante cesare
grauissimum facinus uidebatur. et ei qui bene decertas
set testis aderat. qui rependeret premium. Preterea
fructus erat uel cognosci solus principi uirum for

tem. ideo eo multorum maiorum uiribus alacritas demon
Denique istis strata est.
ipsis diebus ualidissima iudeorum acie instruc
ta pinnibus. telisque utrimque missis. quidam longinus
de numero equitum ex acie romana progressus. in
mediam iudeorum aciem irruit. hisque deiectis hoc
impetu duos fortissimos perimit. uni obuiam ten
dentis ore percusso. alterius eodem telo quod priori ex
traxerat transfixo latere refugientis. et ex mediis
hostibus ad suos primus occurrit. Ille quidem ob uirtutem
insignis erat. emuli autem eius fortitudinis mul
ti extiterunt. Et iudei quidem negligentes quod paterentur.
tantummodo qualiter afficerent considerabant. mors
que his leuissima ducebatur. si quo interfecto hoste ce
cidissent. Titus autem non minus saluti militum quam uicto
rie consulebat. et temerarios impetus desperationem
dicens. solam uero esse uirtutem. si quis prudenter et caute sine
proprio incommodo fortiter faceret. in ea potius re que
periculum non haberet duros esse precipiebat. — Dolus belli
Itaque septentrionali parte medie turri
applicat arietem. in qua iudeus quidam uersutus
ac subdolus castor nomine. cum x. aliis militibus
suis delituerat. fugatis ceteris formidine sagit
tariorum. Hi cum pauidi sub thoracibus aliquandiu quie
uissent. concussa turri surgunt. extentisque mani
bus castor uelut supplex cesarem implorabat. et
uoce miserabili ut sibi parceret obtestabatur. Cum
titus pro simplicitate sua credulus. iamque iudeos ex
istimans belli penitere. arietis quidem inpulsiones ces
sare iubet. ac sagittarios a suppliciis prohibet. cas
tori uero quod uellet eloqui permittit. Cumque ille respon
disset. ad fidem uelle descendere. titus gratulari
fertur. si omnes eadem sentire uoluissent. paratoque
animo fidem pacis et ciuitati daturum. Sed cum ex il
lis decem castoris sociis quinque [illegible] supplices esse
simularent. ceteri numquam se romanis seruituros
clamabant. dum mori liberis liceat. diuque illis
super hoc ambientibus cessabat expugnatio. Cas
tor autem interea symonem per internuntios admone
bat. ut dum uacuum tempus esset de rebus urgen
tibus consilium caperet. paulisper enim se illudere
imperatori romano. Simul autem hoc agens.
ad pacem rogare contradicentes socios uidebatur.
Illi autem uelut hec refellentes in thoracas nu
dos figere gladios. hisque percussis uelut uin